

Titus Veturius et Spurius Postumius consules bel-<sup>30</sup>  
lum adversum Samnitas gerentes a Pontio Telesino  
duce hostium in insidias inducti sunt. Nam ille si-<sup>2</sup>  
mulatos transfugas misit, qui Romanis dicerent Luce-<sup>5</sup>  
riam Apulam a Samnitibus obsideri, quo duo itinera  
ducebant, aliud longius et tutius, aliud brevius et peri-  
culosius. Festinatio brevius eligit; itaque cum insi-<sup>3</sup>  
dias statuisset (qui locus Furculae Caudinae vocatur),  
Pontius accitum patrem Herennium rogavit, quid fieri  
<sup>10</sup> placeret. Ille ait aut omnes occidendos, ut vires fran-<sup>4</sup>  
gerentur, aut omnes dimittendos, ut beneficio obliga-  
rentur. Utroque improbato consilio omnes sub iugum  
misit icto foedere, quod a Romanis postea improbatum  
est. Postumius Samnitibus deditus nec receptus est.<sup>5</sup>

<sup>15</sup> Lucius Papirius, a velocitate Cursor, cum consu-<sup>31</sup>  
lem se adversis omnibus adversum Samnites progres-  
sum esse sensisset, ad auspicia repetenda Romam re-  
gressus edixit Fabio Rullo, quem exercitui preepone-  
bat, ne manum cum hoste consereret. Sed ille <sup>2</sup>  
<sup>20</sup> opportunitate ductus pugnavit. Reversus Papirius se-  
curi eum ferire voluit; ille in urbem confugit nec  
supplicem tribuni tuebantur. Deinde pater lacrimis,<sup>3</sup>  
populus precibus veniam impetrarunt. Papirius de <sup>4</sup>  
Samnitibus triumphavit. Idem cum Praenestinum pree-  
<sup>25</sup> torem gravissime increpuisset: Expedi, inquit, lictor,